

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Doctrinae uerae commendatio

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Doctrinæ ueræ commendatio.

S. D. Etsi antea uerbis qualemcunq; tibi significationem ostendi gratæ mentis: tamen ut perpetuò circumferre in animo & uirtutum tuarum, & beneficiorum quæ in me contulisti, memoriam tester: hanc etiam epistolam ad te scribendam esse duxi, quam uelut obsidem perpetuæ uoluntatis meæ apud te esse uolo. Nam mihi nihil prius est, quàm ut patris mei & præceptorum beneuolentiam recorder & tuear. Sæpe autem mecum de literis, & de tota uitæ humanæ gubernatione cogitans, & meam et reliquæ iuuentutis stulticiam deploro: qua non satis intelligimus, quancum bonum sit uera & salutaris doctrina, qua homini nihil melius à Deo datum est. Nam hæc nos ad Deum reducit, & imaginem Dei in nobis restituit. Profectò statendum est, post Deum plurimum deberi fidei præceptoribus, qui & custodes sine in terris rei optime, & diuinū munus nobis incorruptum impertiunt. Et quidem in hac schola non solum eruditio docentium, sed etiam eorum fides, assiduitas, constantia in perficiendis multis magnis laboribus, quarum uirtutum spectatores simus, nobis prædicanda sunt.

Reliqua pars huius epistolæ defuit. nam describenti eam, quidam in absentia totum exemplum huius epistolæ abstulit.

RENE-